

Tarimates. In hoc situ ex Aequiculis interiere Comini, Tadiates, Acedici, Alfaterni. Gellianus autor est, lacu Fucino haustum Marforum oppidū Archippe, cōditum à Marsya duce Lydorum: item Vidicinorum in Piceno deletum à Romanis, Valerianus. Sabini (vt quidam existimauere) à religione & Deorū cultu Seuini appellati. Velinos accolūt lacus, roscidis collibus. Nar amnis exhaurit illos sulphureis aquis. Tiberim ex his petens replet, è monte Fiscello labens, iuxta Vacuna nemora & Reate in eisdem cōditus. At ex alia parte Anio, in monte Trebanorum ortus, lacus tris amenitate nobiles, qui nomen dedere Sublaqueo, defert in Tiberim. In agro Reatino Cutilia lacū, in quo fluctuetur insula, Italia vmbilicū esse M. Varro tradit. Infra Sabinos Latium est, à latere Picenū, à tergo Vmbria, Apennini iugis Sabinos vtrinq; vallatibus.

Quinta regio. CAP. XIII.

Quinta Regio Piceni est, quondam vberri-
multitudinis. ccclx. M. Picentium in fide po-
Ro. venere. Orti sunt à Sabinis voto vere sa-
cro. Tenuere ab Aterno amne, vbi nunc ager Adria-
nus, & Adria colonia, à mari vii. M. pass. flumen Vo-
manū, ager Prætutianus, Palmensisq;: Itē Castrum
nouum, flumen Batinū, Truētum cū amne: quod solū
Liburnorū in Italia reliquū est. Flumina Albulates,
Suinum, Heluinum, quo finitur Prætutiana regio &
Picentium incipit. Cupra oppidum, castellū Firmano-
rum, & super id colonia Asculū, Piceni nobilissima:
Intus Nouana. In ora Cluana, Potētia, Numana à Si-
culis condita. Ab iisdē colonia Ancona, apposita pro-
montorio Curnero in ipso flectentis se ora cubito: à
Gargano clxxxiii. M. pass. Intus Auximates, Veregra-
ni, Cingulani, Cypreses cognomine Mōtani, Falarien-
ses, Pausulani, Pleninenses, Ricinenses, Septempedani,
Tollentines, Triacenses, Vrbs salua, Pollentini.

Sexta Regio. CAP. XIII.

Ingitur his sexta regio, Vmbriā cōplexa agrūq;
Gallicum circa Ariminum. Ab Ancona Gallica
ora incipit, togatæ Gallia cognomine. Siculi & Li-
burni plurima eius tractus tenuere, ī primis Palmen-
sem, Prætutianum, Adrianumq; agrum. Vmbri eos
expulere, hos Hetruria, hanc Galli. Vmbrorum gens
antiquissima Italia existimatur, vt quos Vmbrios à
Græcis putēt dictos, quod inundatione terrarum im-
bribus superfuissent. ccc. eorum oppida Thusci debel-
lasse reperiūtur. Nunc in ora flumen Aesis, Senogal-
lia, Metaurus fluius, colonia Fanū fortuna. Pisaurū
cū amne. Et intus Hispellum, Tuder. De cætero Ame-
rini, Attidiates, Asirimates, Arnates, Aesinates, Ca-
mertes, Casuentillani, Carsulani, Dolates cognomine
Salētini, Fulginates, Foroflaminenses, Foroiulenses,
cognomine Cōcubienses, Forobremetiani, Forosempro-
nienses, Inguini, Interamnates cognomine Nartes, Me-
uanates, Meuanenses, Mattilicates, Narnienses, quod
oppidum Nequinum antea vocatum est. Nucerni co-
gnomine Fauonienses, & Camelani, Otriculani,

Ostrani, Pitulani cognomine Pisuertes, & alii Mer-
gētini, Pelestini, Sētinales, Sarfinates, Spoletini, Suar-
rani, Sestinales, Suillates, Sadinates, Trebates, Tusi-
cani, Tifernates cognomine Tiberini, & alii Metau-
renses, Vesionicates, Vrbinates cognomine Metauren-
ses, & alii Hortenses, Vettionenses, Vindinates, Vi-
uentani. In hoc situ interiere Feliginates, & qui Clu-
siolum tenuere supra Interamnā: & Sarranates, cum
oppidis Acerris quæ Vafria cognominabantur, Tu-
rocelo, quod Vetrolo, item Solinates, Suriates, Fal-
lienates, Apennates, interiore & Arienates cū Cri-
nouolo, & Vsidicani, & Plangenses, Pisinates, Cele-
stini. Ameriam superscriptam Cato ante Persei bel-
lum conditam annis d. cccclxiii. prodidit.

Octava regio. CAP. XV.

Octava regio determinatur, Arimino, Pado,
Apennino. In ora fluius Crustumii, Arimi-
nū colonia cū amibus Arimino & Aprusa.
Fluius hinc Rubico quondā finis Italia. Ab eo Sa-
pis, & Vitis, & Anemo, Rauenna Sabinorū oppidū,
cum amne Bedese, ab Ancone cū. M. pass. Nec procul
à mari Vmbrorū Butriū. Intus colonia Bononia, Fel-
sina vocitata, cum princeps Hetruriae esset: Brixillū,
Mutina, Parma, Placētia. Oppida, Cesena, Cliterna,
Forum Clodii, Liiii, Popilii, Truentinorum, Corneliū,
Licini, Fauētini, Fidentini, Otesini, Padinates, Regien-
ses à Lepido, Solonates, saltusq; Galliani qui cognomi-
nantur Aquinates, Tanetani, Veliates cognomine Ve-
eteri, Regiates, Vmbranates. In hoc tractu interierūt
Boii, quorum tribus cxii. fuisse autor est Cato: Item
Senones, qui ceperant Romam.

De Pado flumine. CAP. XVI.

Pado est gremio Vesuli montis, celsissimum in ca-
cumen elati, sinibus Ligurū Vagiennorū visendo
fonte profluēs, cōdensq; sese cuniculo, & in Foro
vibiensiu agro iterū exoriet, nulli amniū claritate in-
ferior: Græcis dictus Eridanus, ac pœna Phaethontis
illustratus: augetur ad canis ortus liquatis niuibus,
agris q; nauigiis torrentior, nil tamē ex raptō sibi un-
dicans atq; vbi liquit agros vbertate largior, trecentis
M. pass. à fonte addēs meatu duodenonaginta: nec
ammes tātū Apēninos Alpinosq; nauigabiles capiēs,
sed lacus quoq; immensos in eum sese exonerantes, oī
numero xxx. flumina in mare Adriaticum desert.
Celeberrima ex iis, Apennini latere Iactum, Tana-
rum, Trebiā, Placentinum, Tarum, Niciā, Gabellū,
Sculternā, Rhenum. Alpiū vero Sturā, Morgum,
Durias duas, Sessiten, Ticinum, Lambrum, Adduā,
Oliū, Mincium. Nec alius amniū tā breui spatio maio-
ris incrementi est. Vrgetur quippe aquarū mole, & in
profundū agitur, grauis terra, quāquā deductus in flu-
mina & fossas inter Rauēnā Altinūq; cxx. M. pass.
tamē quia largius vomit, septem maria dictus facere.
Angusta fossa Rauēnā trahitur, vbi Padusa vocatur
quondā Messanicus appellatus. Proximū inde ostiū,
magnitudinē portus habet, qui Vatreii dicitur: quo
Claudius

Claudius

* August.